

Incipit liber sancti Augustini epi de honestate mulierum.

Nemo dicat fratres quod temporibus nostris martiri certamina esse non possunt. Dabit enim pars martires suos. Nam frequenter iracundia mitigare libidinem fugere iniustitiam custodire cupiditatem continere pars magis martiri est. Continen- da namque cupiditas est. Que quidem velut ignis quod totum amplius accipit tanto amplius requirit. Iracundia vero est mitiganda. Que prius nocituris nocet quam nocentibus. Qui autem libidinem esse dixi fugiendam apostolo doctore evidenter didicimus. Quia cum omnibus vicibus resistendum esse predicarent contra libidines non dixit resistere. Sed ait fugite fornicationes ac si diceret aliquis vicibus de auxiliante debemus in peccatis resistere libidinem vero fugiendo superare. Sic etiam alibi in scripturis legimus. Noli attendere in faciem virginis ne scandalizet te vultus eius. Nam beatus ioseph ut in pudicam omniam possit evadere pallium quod apprehensus est reliquit et fugit. Contra libidinis impetum apprehendere fugam si vis habere victoriam. Sed nec sit tibi recedendum fugere si castitatis palmam desideras optinere. Videte fratres quanto ab omnibus christianis precipue cum monachis et clericis indigna et in honesta familiaritas fugienda est. Quia sine ulla dubitatione qui familiaritatem mulierum